



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Guillelmi Postelli De Repvblica

Postel, Guillaume

Lvgdvni Batavorvm, 1635

Cap. XIII. De quæstoribus graia voce [...]ποδέκταις vocari solitis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65533)

ATHENIENSIVM. 123
fortunæ ictibus non subiici, am-
bitiose magistratus, & dignitates
non esse appetendas significa-
viffe.

C A P. XIII.

*De quaestoribus graia voce, ἀπο-
δείκταις vocari solitis.*

SINGVLI à singulis tribubus,
Decem videlicet numero, e-
rant ἀποδείκται, coactores, quaesto-
resve, quos nostrum vulgus col-
lectores taleæ in indictionibus,
receptores domini, & auxilio-
rum in canonibus, & oblationi-
bus vocare solet. Alioqui pe-
culiari vocabulo Græci, & Latini
ἐπίτροποι, & indictionales coacto-
res vocant, quos patrio vocabulo
collectores taleæ dicimus, sed
Græcæ linguæ copia præterea
ἐπιτροπάρχαι, & ἀποδείκται, idem si-
gnificantibus vocibus appellat.

ἀποδείκται

ἀποδέκταιν munus erat acceptis à
Republ. libellis (ut solent apud
nos Electi quum Provinciali-
bus, & locorum singulorum
quæstoribus summam à rege ob
ingruentia negocia significant
expetendam) cogere eos qui ali-
quid Reipub. deberent, id ut sol-
verent, ac pro facultatum ratio-
ne in Reipub. discrimine nume-
rarent. Præsens aderat dum re-
ciperent, antigrahiarius, quem
vulgo Contrarotulatorem di-
cunt: quumque quicumque nu-
meraretur, in diario accepti, &
impensi rationes omnes transcri-
bebat: de quo postea latius. Apud
logistas vero rationes rerum
omnium reddebantur, nedum
pecuniæ. Verum paucis absol-
vens meos quæstores, statim il-
los logistas subnectam. Si quid
ergo reddita, & exposita ratione
reliquarum esset, statim, quandiu
pro re sua possent, id persolve-
bant,

bant, atque deleta summa diario
 publico inscripta, absolvebantur.
 Quod si (ut non raro contingit)
 aliquid maioris momenti obori-
 retur unde lis posset nasci, ipsam
 ad Novemviros contestandam
 deferebant, atque iudicatum sol-
 vi satagebant. ἀποδεκτῆρες in hoc
 tantum ab illis differebant, quod
 hi tantum recipere, non item co-
 gere poterant. mitius itaque hoc
 vocabulum est : quod patet in
 eo libro qui Aristoteli sub titulo
 de mundo adscribitur : *χωεῖς δ' ἐ-*
στῶν ἄλλοι καθεισθήκεσαν πρὸς ὁδῶν
παμίαι, καὶ στρατηγὸν πολέμου καὶ καυη-
γισίαν, δῶρων δ' ἐ ἀποδεκτῆρες, ἃ τὰ
λοιπῶν ἔργων ἕκαστοι καὶ τὰς χρεῖας
ἐπιμεληταί. Præter eos vero
 constituti erant quæstores æra-
 rii, bellorum Duces, ac venatio-
 ni præfecti, præterea donorum
 susceptores, aliorumque operum
 pro necessitate curatores. La-
 tini illos voce paulo moderatio-
 re su-

126 DE REPUBLICA
re susceptores dixere. C. de de-
fen. civita. L. Iubemus. Iube-
mus cura, ac solertia defensorum
minime possessores maioribus
mensuris, & ponderibus à susce-
ptoribus prægravari, sed eos de-
prehensos &c. Hæc Budæus. Pu-
to sane Iurisconsultum intellige-
re per susceptores, illos quos re-
ceptores auxiliorum dicimus,
qui aliquando cogunt res fisci
maiori mensura, aut pondere no-
mine regio persolvi, non quidem
ut regi, reive publicæ profint, sed
ut sub regii nominis terrore rem
maxime augeant.

C A P. XIV.

*De logisticis, quos rationum
magistros dicimus.*

ΛΟΓΙΣΤΑΙ, inquit Har-
pocration, sunt etiam De-
cem